



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Jurisdictio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

I V R A M E N T U M .

Vide Confessarij quoad dispensationem.

R egularis nequit cogi ab Episcopo ad testimonium feren-
dum in causis ciuilibus, nisi quando
aliter veritas haberi non potest; in
criminalibus vero numquam ad hoc
compelli potest, nisi a suo proprio
Prælato Regulari in causis aliorum
Fratrum, in quibus pœna sanguinis
minime ponitur. tom. 2.q.22.art.2.
& tom. 3.q.71.art.1.

Afferunt aliqui, in iudicio Regu-
larum præceptum obedientiae habere
vim iuramenti, ut per illud sufficiē-
ter credatur testi etiam non iurato;
sicut Sacerdoti aliquid in verbo
Sacerdotis affirmanti creditur. Ve-
rūm oppositum videtur probabi-
lius, ob plerasque Doctorum autho-
ritates. tom. 2.q.120.art.3.

I V R I S D I C T I O .

Vide Abbatissa, Episcopus, Excom-
municare, Custos, Comissarius, Genera-
lis, Guardianus, Minister, Provincialis,
Prælati

256 I V R I S D I C T I O.

PRælati Regulares sunt. Ordina-
rij suorum inferiorum habentes
iurisdictionem à iure diuino, quem-
admodum & Episcopi: vnde op-
nione Doctorum, sicut & Episco-
pi omnia illa possunt in suos, quæ
Papa in vniuersam Ecclesiam, ni-
si iure Ecclesiastico in aliquibus ca-
sibus prohibeantur. tom. I. quæst. 17.
art. 2. & 6. & q. 22. art. 10. & qu. 23.
art. 1.

Prouinciales, ut pote assumti in
partem sollicitudinis Apostolice,
habent iurisdictionem quasi Episco-
palem in utroque foro iure com-
muni, & ex priuilegio, quam exer-
cere possunt vbique, cùm non ha-
beant territorium, licet multò de-
centius sit, illam in Conuentibus
sua prouinciæ exercere. tom. 2. q. 59.
art. 1. tom. 3. q. 43. art. 2.

Hæc tamen iurisdictione respicit
tantum regimem: non ad Pontifi-
calia minimè se extendit.

Quamvis in plerisque maiorem
habeant potestatem, quam Episcopi,
v.g. quoad absolutiones & dispensa-
tiones: pro quibus vide tom. I. q. 20.
& verb. Dispensare.

¶ L A I